107

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigessimo quarto indictione octava, die decimo exeunte octubre, in clau-
stro ecclesie sancti Cataldi Cremone presentia Homoboni de Sancto Homobono notarii et Iohannis Bricoli ibi testium rogatorum. Dominus Guilielmus (?) Albrone
prepositus et minister ecclesie sancti Cataldi consensu et parabola presbiteri Homobonarii et presbiteri Iohannis et fratrum Martini et Orlandi clericorum suorum canonicorum
[illegible] nec non et consensu et parabola Egidii et Iohannis Guersorum qui erant tunc maior pars canonicorum et fratrum dicte ecclesie ibidem inventorum [illegible]
[illegible] ibi dixerunt et confessi fuerunt et in eorum presentia investivit nomine et vice ipsius ecclesie Ottolinum Spolatum de vicinia sancti Victoris nominatim de sex perticis
terre aratorie iuris dicte ecclesie ad vitheas plantandas et elevandas et semper manutenendas; et ea que iacent in Iubriacula (?) longa videlicet in brai-
da dicte ecclesie. Cui coheret a tribus partibus dicta ecclesia, ab alia Manentum Andree de Trego vel siquis ibi alius sit coherens. Ita ut ipse investitus et
sui heredes et cui dederit habeat et teneat dictam investituram et faciat exinde de ea cum accessione et ingressu et cum superioribus et inferioribus suis quic-
quid voluerit sine contradictione alicuius persone. Reddendo et solvendo omni anno annualiter ipse investitus per totum mensem augusti pro ficto dicte terre ipsi
ecclesie vel suo misso de unaquaque pertica decem denarios ad rationem imperialium et decimam de puro musto videlicet de duodecimo sextario unum sextarium
ad torculum sub pena dupli dicti ficti et dupli dicte decime et dupli omnium expensarum propter hec in factarum. Hec acto ut utriusque [illegible] causa et pos-
sint peti et exigi cum effectu nomine dicte ecclesie et quotiens contra hec fecerit toties pena committatur et pena soluta omnia predicta firma permaneant. Et
si venerit ad venditionem dicte terre prius debet denontiare dicto domino vel eius successori vel maiori parti ecclesie dederit et dare eam ei vice et nomine
dicte ecclesie pro tribus denariis ad rationem imperialium minus qualibet pertica quam alicui persone si emere voluerit. Sin autem eam emere noluerit vendat cui voluerit
excepto militi ecclesie servo vel hospitali, habendo dictus dominus nomine et vice eiusdem ecclesie tres denarios ad rationem imperialium de qualibet pertica pro investitura et
parabola danda. Et debet denontiare domino de uno die in antea qua vindemiet et follare uvas ad voluntatem domini vel eius consilii. Et non debet
elevare in dicta terra arbores qui noceant consortibus suis exceptis brugnis ficubus et persicis et si elevaverit quod liceat domino vel eius misso incidere vel fa-
cere eos incidere et de eis facere quicquid voluerit sine alicuius contradictione. Et debet dictus investitus dare viam consortibus suis supra sua terra causa
vindemiandi et ire supra terram consortum suorum eadem causa ad minorem dampnum quod poterit. Et debet vindemiare ad torculum dicte ecclesie quod e(st)
ad quandam suam ecclesiam cum dictus [illegible] potest ibi foras vel alio torculo quod ipsa ecclesia sancti Cataldi habuerit ibi prope et dare ei duodecim denarios ad rationem imperialium
inter die et nocte pro torculatico et si alibi vindemiaverit nichilominus teneatur solvere dictum torculaticum. Et dictus dominus debet ibi ad dictam
ecclesiam vel in alio congruo loco manutenere torculum cum omnibus misteriis torculi sub pena dupli dampni et dispendii quod fecerit vel habuerit [illegible] hec a-
liquo modo vel vice hec acto ut utriusque debeant et possint peti et exigi cum effectu. Qui dictus investitus promisit ibi predicto domino stipulanti nomine
predicte ecclesie attendere et observare omnia et singula predicta secundum quod determinatum est supra omni anno isto in terminis et sub dictis penis et sub obligatione bo-
norum suorum. Et dictus dominus nomine predicte ecclesie consensu et parabola predictorum fratrum suorum promisit ibi per se et suos successores isto investito stipulanti
suisque heredibus et cui dederit dictam rem investitam ab omni homine seu persona defendere in duplum sicuti pro tempore fuerit meliorata aut valuerit magis vel va-
lente sub extimatione in simili loco et dedit ei parabolam intrandi in tenutam nomine dicte ecclesie de ipsa investitura. Et confessus fuit ibi dictus dominus se
accepisse nomine dicte ecclesie a dicto investito decem et octo denarios ad rationem imperialium pro investitura dicte terre et renontiavit exceptioni non numerate
[pecunie] sibi date investiture.

Ego Albertus de Marzalengo notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 2 (107)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1753290325-18/fragment/page=1

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1753290325-18/fragment/page=2

Anno domini incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo quarto indictione octava. die decimo exeunte octubre. In clau-
stro ecclesie sancti cataldi cremone presentia homoboni de sancto homobono notarii et sol' bricoli ibi testium rogatorum. dominus Dupre albronus
prepositus et minister ecclesie sancti cataldi consensu et parabola presbiteri monenarii et presbiteri Johannis et fratrum Marchi et orlandi clericorum suorum canonicorum
vivorum nec non et consensu et parabola egidii et Johannis conversorum qui erant tunc maior pars canonicorum et fratrum dicte ecclesie ibidem convenientium ut
ita ibi dixerunt et confessi fuerunt et in eorum presentia investivit nomine et vice ipsius ecclesie ottolinum spolatum de sancto victore nominatim de sex perticis
terre aratorie iuris dicte ecclesie ad vites plantandas et elevandas et semper manutenendas in ea que iacent in burgo ... lunga videlicet ab
ora dicte ecclesie. Cui coheret a tribus partibus dicta ecclesia ab alia maneria andree de trego vel si qui ibi alie sint coherentes. Ita ut ipse investitus et
sui heredes et cui dederit habeant et teneant dictam investituram et faciant exinde cum accessione et ingressu et cum superioribus et inferioribus suis quic-
quid voluerint sine contradictione alicuius persone. Reddendo et solvendo omni anno generaliter ipse investitus per totum mensem augusti pro ficto dicte terre ip-
si ecclesie vel suo misso de unaquaque pertica decem denarios ad rationem imperialium et decimam de puro musto videlicet de duodecimo sextario unum sextarium
ad torculum sub pena dupli dicti ficti et dupli dicte decime et dupli omnium expensarum propter hec in factarum hec acto ut utrumque ... tam possit
... peti et exigi cum effectu nomine dicte ecclesie et quotiens non hec fecerit toties penam committat et pena soluta omnia predicta firma permaneant. Et
si venerit ad venditionem dicte terre prius debet denuntiare dicto domino vel eius successori vel maiori parti ecclesie debet et dare eam ei vice et nomine
dicte ecclesie pro tribus denariis ad rationem imperialium minus qualibet pertica quam alicui persone si emere voluerit. Si autem eam emere noluerit vendat cui voluerit
excepto militi ecclesie servo vel hospitali habendo dictus dominus nomine et vice eiusdem ecclesie tres denarios ad rationem imperialium de qualibet pertica pro investitura et
parabola danda. Et debet denuntiare domino de uno die in antea qua vindemiet et follare uvas ad voluntatem domini vel eius consilii. Et non debet
elevare in dicta terra arbores qui noceant consortibus suis exceptis brugnis ficubus et persicis et si elevaverit quod liceat domino vel eius misso incidere vel fa-
cere eos incidere et de eis facere quicquid voluerit sine alicuius contradictione. Et debet dictus investitus dare viam consortibus suis supra suam terram causa
vindemiandi et ire supra terram consortum suorum eadem causa ad minorem dampnum quod poterit. Et debet vindemiare ad torculum dicte ecclesie quod est
ad quandam suam ecclesiam cum ... pro ... foras vel alio torculo quod ipsa ecclesia sancti cataldi habuerit ibi prope et dare ei duodecim denarios ad rationem imperialium
unum die et nocte pro torculatico et si alibi vindemiaverit nichilominus teneatur solvere dictum torculaticum. Et dictus dominus debet ibi ad dictam
ecclesiam vel in alio congruo loco manutenere torculum cum omnibus misteriis torculi sub pena dupli dampni et dispendii quod fecerit vel habuerit ... hec
liquido modo ut inter hec acto ut utrumque debeant et possit peti et exigi cum effectu. Qui dictus investitus promisit ibi predicto domino stipulanti nomine
prefate ecclesie attendere et observare omnia et singula predicta secundum quod determinatum est supra omni anno isto modo et terminis et sub dictis penis et sub obligatione bo-
norum suorum. Et dictus dominus nomine predicte ecclesie consensu et parabola predictorum fratrum suorum promisit ibi ipse et suos successores isto investito stipulanti
suisque heredibus ... cui dederit dictam rem investitam ab omni homine seu persona defendere in duplum sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit magis ...
... sub extimatione in simili loco et dedit ei parabolam intrandi in tenutam nomine dicte ecclesie de ipsa investitura. Et confessus fuit ibi dictus dominus se
accepisse nomine dicte ecclesie a dicto investito decem et octo denarios ad rationem imperialium pro investitura dicte terre et renuntiavit ... exceptioni non numerate
... sibi dicte investiture.

Ego Albertus de Margariengo notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 2 (107)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1753290325-18/fragment/page=3
DFG